mancas faepiūs defcriptiones & pravās femper diftributiones ex locis aut qualitātibus aut ftructurā aut habitu malè percepto thjctas tradiderunt, utili tamen fpecierumcognitarumindicatione & quādā defignatione & hiftoriā & Veterum fynonymiā fumme commendandi.

Interea nullis adftricta legibus fluctuans obtinuit fcientia, jionec intellexerint Botanici eam in characterum inveftigatione, n generic^ fpecierum connexionē, in ulteriori generum ordinatione p«Primis verfari, & in conficiendis generibus\* aut ordinibus quofdam præ cæ ten's adhibendos effe characteres. Non hsec tamen doctrina confestim invaluit. Gefnerus prior edixit' figna deduci jure præcipua ex fructificatione, annuentibus poftea Caefalpino & Columnā. Principium illud aliquandiū neglectum reftituit Morifonius, admifere Raius & Rifinus & cosetanei, omnin6 illuftravit his recentior Tournefortius. Perpenfis enim diverfis plantarum partibus genericas in flore & fructu notas certi confidere afferuit, indeque fua exftruxit omnia genera, alia nempè primi ordinis Toh fructificatione defignata, alia fecundi ordinis in quibus allud præter conformem fructificationis ftructuram defignadoni additur. Promulgatam legem & numerofo generum faepè naturalium conventu ftabilitam admifit poftera Botanicorum cohors paucis exceptis.

Tournefortius in characterum & organorum floralium enumeratione piftilli partes & ftamina defp^xerat pro vafculis excretoriis habita<sup>a</sup>, licet jam antea de plantarum fexu à Veteribus prsfenfo aliquid protuliffent Camerarius, Csfalpinus, Grewius & Malpighius. Ineunte prxfenti xvo (i702)Burckardus in epiftolft adLeibnitzium fexualium organorum ftructuram & ufum fufè expofuit; varias deinpollinis mafculi formas delineavitGeoffrseusj

*a* Aliens in flore partes & ftaminibus tanquam ^ valis excretoriis ex«ceptae deponuntur in apices (antheras) velut in cloacas. *Tournef. Ifag<sub>m</sub>* p. 68. 70. Alibi tamen Tournefortius plantarum fexum quafi Cubodatur, dum de diofcis ait: An corpuscula fluentia ex floribus in teneroa fructiis procul nafcentes fenintur, ut veluti ^ torpore ad proprium incrementum excltentur? Quemadmodum de Palmis mare et fccminA... affirmatur... ramuixn floris maris in fpatham foeminx inferi què tempore fpatha hiare folet; flos explicatus pulvcrem fundit ^ne cujus affccione dactyli acerbi fnrent et- infuaves. *ibid.* 9\* 69.

Burckardiani placiti nefcius feuum actionem palàm promulgavit Vaillantius; pollinis dehifcentia & auras feminalis emiffio B. Juffaet fe Needhamii obfervationibus innotuère. Indè piftillum & ftamina pluris sftimata meliores exhibuère notas quas Linnaeus in genericas aptè compofuit. Adaucto fie intrà florem caracterum genericorum numero, eos omnes ex fruetificatione, nullos ex caeteris partibus eruendos effe fancivit circumfcriptâ antecessorum lege. Secundaria igitur rejiciens Tournefortii ge<sup>a</sup> L<sup>9</sup>, castrera omnia rëcudens, utiles unicuiquè ftaminum & piffitnotas ad<sup>a</sup>idit, nonnullas infuper ex calice & corollâ & fructu deprompfit anteriis prtermiffas, & ordinatim perpenfis partium numero & figurâ & proportione & fitu, protenfam uniformemque generum turn novorum turn reformatorum feriem, gratam Botanicis ac omnibus ferè nunc acceptam conftituit.

Ea genericæ conftructionis norma in pñefenti fcientias ftatu utilis, arbitraria tamen videtur & etiamnum indefinita ideòque nondum generibus verè naturalibus<sup>b</sup> conficiendis omninò fufficiens, contradicente Linnæo, qui fuas generum caefuras femper naturales iudicat & cuilibet ordinationi facilè<sup>c</sup> accommodandas. Dantur enim in fruetificatione partes ac rationes alias aliis prxftantiores, & fubindè characteres dignitate inasquales, alii primarii effentiales, alii fecundarii tantum generates, Alii infimi plurimum inconfiantes, non omnes certè genericæ defignationi peraequè idonei. Quidam infuper extrà fructificationem fparguntur, praecedentibus infimis digniores, iis longè prasponendi, generalibus interdum cosquales, partim refusi in fecundariis Tournefortii generibus, in aliis verè naturalibus faepè co'nformes, in ipfis ordinibus definiendis nonnunquam adjutores & ideò non mediocres in ufu botanico. Factitix igitur funt regulas Linnæanae caracterum floralium inaequalitatem & extra-flora Hum quorundam vim non exprimentes; fed à naturalibus parum diftiss genera' exhibent Tournefortianis prasftantiora, plurima femper admittenda, pauciora reformanda, quæ fimul utilem in fcientii bafim nunc fuppèditant.

Nomenclatio Cognitis caracterum ope fpeciebus & iisdem in genera collata, et d«-]cct]sf a i i us est Botanico labor inchoandus, nempe ut genera foritioi

«Cfr. Addit. not. 5. (U.)

\* Genera naturalia nulla dantur; nec nili fpecies naturam procreaffe perfuafum habeo. (fr.)

*Purpureo luteo, quidem purpureo, maxime*

speciesque apto designet nomine & solidi descriptione definiat, ita ut nomine & definitione à Caeteris omnibus dignoscantur. Haec autem scientiae pars, licet non primaria nec scientiam verè constituens, huic tamen promovendae plurimum confert, ideò non aspernanda sed elaboranda accuratius, ut faciliori locutione conjunctiones Botanici *mutui* promptius erudiantur observatione aut meditatione. Nihil utile ex Veterum scriptis eruendum, qui nec apte propius descriptiones nec nominum immutabilia protulere, & indeque Ares horum plantarum in usu medico receptarum nunc nullatenus immutentur defectu accurate descriptionis. His succedere viri in re botanici peritiores, sed nondum certis circa nomenclationem principii innixi & in describendis plantis contractiores aut diffusius nimis, medium tenere nescii. Nec iam proficere scientiae, qui descriptione & nomine simul conjunctis plantas designabant definitione praefixa integram adsequente, quae speciei nominandae prolixior, describendae impar evadit: inde mendosa praecedentis saeculi nomenclatio à Tournefortio<sup>a</sup> admittenda progredienti scientiae momentum interposuit. Huic verè maximam tulit operam Linnaeus, dum solis praefixum botanicarum vinculis plantas omnes duplici tantum inferipit nomine, altero generico substantivo, altero adjectivo seu specifico, characteres praeterea exhibens in descriptione ad Jacques<sup>r</sup> verbis significantibus, multa paucis exprimens stilo tecnico. Regulas insuper turn nomenclationis turn descriptionis tradidit, pleraque optimas & generatim admittendae, quasdam forte infirmas<sup>h</sup> & ipsas immutandas. Sic sapienti hujus instituto nomen *gerericum* esse debet immu-

« Ille tamen nomenclationem emendandam judicans, aiebat in Itag. pag. 63. 64 : Nomina sunt quadam veluti definitiones, quarum prima vox genus, caeterae differentiam exprimunt. . . Nomina sunt brevissima... nonnulla prolixiora vix uno spiritu sustineri possunt. . . Aliud est plantam appellare, aliud describere.

\* Sic vocabula ex graeco & latino fonte non deducta nunc palmam rejicere mine recipit facilis. Sic etiam vernacula excludens nomina, licet barbariem non redoleant antiquiora recepta & latinè definita, supprimit *Achatoam*, *Calabam*, *Cebam*, *Guazumnam*, *Iforam*, *Ketmiam*, *Manzanillam*, *Guanabanum*, *Gnu'ivum*, *Fapayam*, *Sapotam*, *Taphm*, fife, quibus sua substituit, ab edicto tamen principio aliunde deflectens admittit *Mannum*, *EafeJta*, *Tucc&y Hurà*, *Tuli&&* > *Curcunà*, *Gempb* &c.

### xxxij

tabile \* , (implex, ndn geminatum aut ex geminato malè com\*  
pofitum<sup>h</sup> , non fequipedale nee barbarum aut malèfonum<sup>c</sup> , no-  
minans<sup>d</sup> potiùs quàm fignificans<sup>e</sup> , generi proprium non alteri  
corpori commune / , non fyltabse unius additione aut Jetractione  
alteri nomini conforme aut comparativum<sup>e</sup> . Nomen fpecificum  
fit

« Qui novum genus conftituit, eidem nomen imponere tenetur, &  
nomen genericum dignum, alio licèt aptiore non permutare licè<sup>a</sup> edicente  
Unnaeo *Phil. Bot. n. 21 g. 243* , & annuente Botanìcorum d<sup>a</sup> Hb<sup>b</sup> *Zegcm*  
*tamen fapè infregit ipfe legislator* , imitantibus aliis. NuiùMBmr\* caufa  
mUnifelta eft cur' nova aut antiquiora fubftituerit nomina pluribus |  
Tournefortio clatis aut confecratis, qualia funt *Abutilon, Acacia, Balfa-*  
*mina* , *Buglojfum* , *Brunella, Bugula* , *Capri folium, Cafia, Cajtda* f  
*Cataria* , *Elycbryfum, Zappa, Maniragora* , *Pimpinetta* , *Rapuntium* f  
*Sphondylium, Stramonium, Syringa* , *Tamarifcus, Tamnus\** *Terebivthus* ,  
*Thymclaa &c.* Quorundam vulgft ufitationuin reftitutio vifa fuit opportuna ,  
pardùs tamen agenda, ne delicti labes in cenforem ipfum transferatur.

\* Ut *Corona Soils* , *Virga aurect* , *Dens Leonis, Lingua cervina* ^ *Lauro\**  
*terafus, Corallo dendron.*

' Ut *Hypophyllocarpodendron, Stachyarpajophora, Jabotapita*. Similia  
quxdam ex Aubletio aliifque nunc mutuamur rudia nimis & in pofterum  
leviganda, dilm <le certà horum generum fabricà confititerit.

d Nomen genericum utpotè non neceffbric fignificans , arbitrium  
id«5 dari poteft, !•. poëticum ut *Adonis, Narciffus* ^ *Hyacinthts, Ama-*  
*ryllis, Circaai* 4°. divinum autregium; ut *Serapias, Atropa, Mercuria-*  
*lis, Lyfimachia* ^ *Artëmifia* % *Selenium*; 3°- ex inventoribus aut primis  
nuntiis ut *Nicotiana, Cinchona, Sarracenia*; 4°»<sup>ex</sup> Botanicis Fautoribus  
Ut *Eugenia, Borboniu, Bignoma, Cliffortia* s 5°-<sup>ex</sup> pcesrinatoribus ut  
*Banifteria\** *Lippia* > *Gunddia, Commerfonia, Dowbeya*; 6°. ex Botanicis opti-  
mis ut *Gefneria* ^ *Columnnea, Cafalpinia, Baubinia, Mori/onia, Tourne\**  
*fortia, Plumeria, Dilleuia, Linnaa, Jujfiaa* ^ *Ifalleria, Adanfonia* ^ *Ju*<sub>u</sub>*Cm*  
*quinia* &c. quarum appellationum à Tournefortio primùm rariffimè admir-  
farum & tune honorificarum numerus increvit in infinitum abutente Linnaeo,  
ita ut eviluerit decus indè confectarium , cuilibet nunc conceffum Bota-  
jiophilo.

\* Indè delcnda ipfius *Gloriofa, Mirabilu, Impatient*, verba verè ad-  
jeftiva, & idcirco fubftantivis pejora. *Phil. Bot. n. 23* ^.

/ U t *Ephemerum, Onagra, Elephas, Auriculà, Sagitta, Bur/a.*

t Nomftia comparativa alia fyltabam prxmittunt» ut *Linagroftis, tfeu-*  
*dodi&amnus, Cbamacerafus*, gfc. alia eamdem poftponunt, ut *Afteroider,*  
*flanta&nella, Myrtillus* % *Salic aria, Alfinaftrum* , *Juncago* fife.

fit partim simpliciter ac facile, sed prateri significans, praecipui defumendum ex folido caractere speciem à congeneribus distinguente & tunc verè *specificum*<sup>a</sup>, aut eo deficiente interim Unde-  
 <quaquè eliciendum, nempe ex folo, regione, tempeftate, du-  
 'Padone, colore, fapore, odore, ufu &c., tunc deterius *trividi*  
 dictum \*.

Defcriptio vel eft partialis vel univerfalis : haec proprii Monographis unicam plantam defcribentibus aut peregrinatoribus de Vegetantis hactenus incognitum genere incertis, linguiftis nominatim recenfet partes ordine uniformi (ne quaedam omittantur) nempe radicem, caulem, folia, inflorefcentiam, calicem, Corollam, ftamina, piftillum, fructum & femina, eafque omnej ratio ne exiftentiae, fitus, numeri, connexionis, figure & proportionis, additis infuper habitu, patri folo, vernaculo nomine & ufu. Defcriptio partialis ufitatior altera genericos altera fpecificos delineat characteres eodem ordine, nunc prolixior in differtationibus & phytographid partiali, nunc in univerfali-  
 contractor diflimilia tan turn proferens figna praecipua, qualis iit nuperiori Linnaeano fyftemate habetur generum adumbratio & defcriptoria phrafis fpecifico nomini adjecta. Eae autem compendiofae Botanicorum defcripiones faepe peccant pravo characterum delectu, effentialium omissione, comparabilium defectu, indelicate non fufficiente, quas igitur iterum atque iterum reconciliare opus eft. His fubjicienda funt non fine emolumentum *fyrtifi nymaku* diverfanomina ab autoribus principue pharicis eideih plants impofita, quibus velut ariadneo filo anteaorum explatiatur laborum difquifitio; patent vitandi erroret, merita in\*

<sup>a</sup> Ut *Fumaria veficaria*, *Fumaria bulbosa*, *Pyrola umbellata*; *Pyrola uniflora*, *Honleum diftichum*, *Hordeum hexaftichum*.

\* Ut *Veronica arifenfis*, *Erygium maritimum*, *Circia Lutetiana*; *Ltucoium vermtfH*, *Iva Mnutty* *Lamium album*, *Mehtha piperita*, *Viola odorata*, *Anchufa cjjicinalis*, *Satureia hortenfis*, *Myagrufl fativufA* ± *Pftica naca oleraceu*.

' *Qixi* in Autoritna prolotione pnfti>uos aut liles q'uoslit fitAs Omit tit, ipfis & fcrentix & fib! nocet. Sic defuit Linnaeus, vir com Toufnefortio Botsnicus princeps, diimi hujus negtefta fapens Synonymiat &c mutatis nominibus, oculis omnium quafi fubduxit xmulura *qwetk Hc/vt* ftfbcuaverat: *tantut amor indivif\* laudis* /

clarefcunt & (bum cuique tribuitur. Plurimum etiam ftudio confert Ichniographia feu plantarum reprxfentatio sriJncifa, non officioſè mendax fed genuina ac fimplex, defcriptionibus potior in habitu exprimendo. Prifcorum icones plerajque vitioſae, Recentiorum accuratiores, è quarum numero præcipue feligantur fynonymis admifcendie, aut in novis plants nondum delineate mox incidantur. Sic nomenclatione facili, accuratâ defcriptione, fynonymiâ ceitâ & iconibus nitidis folida perficitur plantarum defignatio & earum turn fpecifica turn generica cognitio confirmatur.

;&cs & Qu» autem fpeciebus confociandis præ vain ère principia à  
atq. Botanicis edicta, eadem conficiendis generum claſſibus fimili jure fed contractiora profuerunt. Ut enim generica conftitutio præcipuos elicit fpechrum characteres, fie claſſica primarios debibat in genericorum ferie. Indè fpecificè in omnes, genericè in quafdam, claſſicie in pauciſſimas partes diffunduntur notie. Progrediens fcientia fimplicioribus fimul & pneitantioribus utitur fignis: genericas defignationes integra fruedficatio, claſſicas unica ferè ejuſdem pars fuppeditat, legem ortxrentiente Caefalpino, Morifonio partim exequente, firmiis fanciente Tournefortio, confirmantibus aliis, iterum & ftrictiùs promulgante Linnao. Hæc diftributionis norma Veteres latuit qui organis minus perfectis fuas ex habitu, loco, diurnitate/florationis tempore, ufu medico &c. a ordinationes deduxerant. Ubi primum fructificationis præftantia veris Innotuic Botanicis, fingulus fuo arbitrato pattern in eâ manifeftiorein aut præcipuis characteribus multiplicandis aptioiem elegit. Sexubus nondum cognitis, alii fructum, alii calicem, alii corollam præpofuère, fuo modo fuperftruentes unicvique methodum variè difpofitam ac verè fyftematicam.

*M Orthodoxos dicit Linnæus Autores ex fructificatione methodum defu-  
»entēs qui funt Fruttift\*, vel Calicift\*, vei Corollift\*, vel Stxunlij\*\*  
ileterodoxos ab alio principio Veſetabilia diftribuentes, quales habentur  
Aqhabetarii ordine alphabetico, Rhizotomi I radice ftru&url, Ph)lloſhili  
ifoliorum fpeciebus, Fhyjiopnomoni ab habitu Cbroniciâ tempore florendi,  
. Jofophilil foco natali, Emfwici ab ufu medico, SefUfwii à Phaxraaco\*  
pſorum difpoCtioo^ fbiL Brt. n. as • 31«*

Utilitas method! ea est ut genera species fimiles connedtentia , infe&iones notis fecundariis defr&gnatas convocata, ulterius congregata in classes ex nonnullis fe&ionibus compofitas fignoque rSlefinitas primario ac fimpliciore , ordinationis hujus beneficio facile dignofcantur dato caradlere, & incundlanter nomine proprio falutentur. Sic quilibet in exercitu miles mox reperitur, cognitis hujus legione & turmâ & manipulo & contubernio. Sed ex plahtarum diftributiones methodical in tantum valent , in quantum naturales&faciles&uniformeshabentur: i\ Quenim naturae fedultf parent Botanici in individuorum & fpecterum connexionem, ab eâ minium recedercerubefcunt in gnerum approximatione, quorum dantur plurima; feris apprimè naturales omnibus acceptiffinix, aliis *ordines natures*, aliis *fragment a naturalia* diclae. Hà rum nonnullas methodus quaelibet fervat indivifas, eò perfedbor habita tacito naturae juflu, quò plures admiferit. \* 2o, Explanandae tamen fcientix ftudiique confrahendi cupido Methodicos a naturâ fepè detorquet, notitiam facilem univerfaliori pra. jponentes, quibus plantam prsefertim nominâfle, minus ex integro novHTe expedic: indè onines requiruntur fyftematis divifiones non confuHe nee anibigusef fed diftindliinma & perfpicuae & intellectu faciles, fignis manifeiUs & confiantibus innixae. }\*. Aliqta infuper laus tribuicur fyftemati cujas primarie omnes ex eodem organo & fecundariae ex altero divifiones eruuntur ita circumfcriptai as folidae , ut uno quasi tenore diffluentcs & expeditae, exceptionem nullatenus aut rariffimè admittant.

Hac funt compoGtionis Tyftematicae praeceptfones, arbitrarías quidem & naturae partim repugnantes, fed in fcientiâ. adhucdùril incertâ utiles , quas nunc feverè contraAas , nunc remiffiores quilibet ad nutum variè interpretatur. Plurimaexindè prodierunt 6x intervallo fyftemata , lingua laude digna & certa Autorun ingenii ac dodtrinae indicia, nulla nmen pcedicli' omnino con^ formia regulis^ fed ab iisdem plus minusve dffcedentia, q;ia? hinc diverfis addrda partibus diverfos earum modos plurimasque retegunt affinitates mag no fcientise emolumento, itinc ex ad-

4 Nil deterfus fane in dirpofitionibus Vegetabilium methodicis accedit, quum inftlix illud ftudium jungendi naturalem methodum quanvoquant, artificiali: Inde coiifuiio fumma &c diilributionis ineptia. ( U. )

•erfo inftabilibus innixa principis arbitrarise legis vitium fcien-  
 tiaeque artificialis tenuitatem evidenter manifeftant. Singular!  
 omnium judicatione confirmaretur praemiffae affertionis veritas,  
 fed in iis figillatim fitendis ac difcuticndis<sup>a</sup> immorari non ex-  
 pedit, ne nimum producatu fermo contrahendus & in alias  
 utiliter convertendus meditationes Sufficiet utcunque fyftema-  
 tum inter omnia certi praccipuum, Tournefortiani nempè &  
 Linnaeani, fincera expoGcio & collatio mutua & aqua perpen-  
 fatio, quibus ex integro cognitis patefcant utriufque commoda  
 & incommoda, ac fubindè tocius fimul fyftematicae dodrinae  
 utilitas & merita ftabiliier definientur.

**•raefor- metho-** Quj primus aptiora confruxit genera Tournefortius in horto  
 paiiffenpiffefforabanno 168J ad 1708, primusetiamgeneralem  
 methodum redtè delineatam , prsenullis longè prasftantiorum &  
 Botanicis acceptiorum exhibuit. De (udio explanando & piantis  
 idcircò.commodè ac sequabiliter ordinandis praefertim follicicus,  
 fuae fundamentum diftributionis pofuit in corollâ (feu, ut ait,  
 flore) utpote<sup>1</sup> manifeftiore, apud vulgum praefantiore & pluri-  
 mos fufficiente carafteres facilè obfervandos, fcilicèt exiftente  
 aut nulli % Cmplici aut intrâ calicera communem multiplici feu  
 compofitâ, monopetalâ aut polypetalâ, regulari aut irregulari.  
 A Veterum tamen inftitutis nondùm omninò defledens, antiqatn  
 praepofuit herbarum & arborum diftinctionem, non uni feveri  
 additus parti, & deiu claffes herbaceas feptemdecim, quinque  
 arboreas protulit. Prima harum & illarum partitio datur in pe-

j Quindccim enumerantur & Linnxo ( *Clajf. Plant* ), difpofita ratione  
 organi methodum prscipue dftinictis. Suos àfruftu prseprimis depromp-  
 flre carafteres Csfnlpinus anno 1583, Morifonius 1680 • Ra'ius 168\* t  
 Chriftoph. Knautius i687, Hermannus 1690, Boerhaavius 1710 \ à calicc  
 Magnolius 1720, Linnaeus 1737; à corollâ Riviims 1690, Tournefortius  
 1694, Chriftian. Knautius 1716, Ruppilus 1718, Pontedera 1720, Lud-  
 Wigius 1737; àfiaminibus & p'latarum fexu Linnaeus 1735. Singula hxc  
 it pnedi&e opere fyftemata feorsùm aptè delineantur facili negotio perci-  
 pi:ndâ. Adanfionius eadem commemorat (*Famil. Flant.\**), additis aliis  
 lecentioribus exaratis à Royeno 1740, Hallero 1742, Morando 1744,  
 Seguierio 174s\* Wachendorffio 1747, Heiftero 1748, Glèditchio 1749?  
 Allionio 1762 &c., quibus fuos addit numerosos diftributionum modos, el  
 Uimiriir mente ut fiir. jl & exemplo & pricepto confirmaret facilem ninvb  
 dari poffè onUnationis arbitraria mttltiplicationem.



talodes fueorollâ infruſtas & apetalas cidem orbatas, fecunda petalodum in ſimplices & compoſitas, tertia ſimplicium in mono\* petalâs & polypetalâs, quarta utrarumque in regulares & irregu\*  
 a. yulares; quinta ex diverſâ omnium formâ deducitur. Altera in Apetalis & Compoſitis habetur diviſionis ratio infrâ memoranda.

Praemiſſis igitur herbaceis petalodibus ſimplicibus prodeunt in primâ claſſe corollae monopetaits regulares *Campaniformes* feu campanae patentis aut tubuloſae aut globoſae formam atmulantes; in fecundâ cſedem regulares *Infundibuliformes* feu infundibulo aut hypocraterae avjt rota? conformes ; in tertiâ eadem irregulareſ *AnomaU*, formâ plurimum variae, fruſtui capſulari prxmi(Tſe, in quartâ eadem irregulares *Lahiatd* feu limbo quaſi bilabiato, fhidtu prxtereâ tetraſpermo nudo; in quintâ corollae polypetalae regulares *Cruciformes*^ feu tetrapetalaepetalisincrucem decuffatis; in ſextâ exdem *Rofscea* petalis faepitâs quinque, interdum pluribu\* aut paucioribus, in Roſam diſpoſitis; in ſeptimâ rofaceſe pentapetalae *UmbtlViſtrct* ftu pedunculis unifloris in umbellam colledlis & fruſtu infero diſpermo nudo; in octavâ polypetalae re\* regulares *Caryophyllea*, petalis ex imo calice tubuloſo emerſis longiùt unguiculatis, ut in Diantho feu Caryophylto vulgatiùs didlo; in nonâ eadem *Liliacta* feu Lilio conformes , tri aut hexapetalat aut tantum ſexſidae, fruſtu ſupero aut infero ſempertriloculari; in decimâ polypetalae irregulares *Papilionaccct* petalis diſſimilibut (vexillum , alae, carina) papilionem tmitantibus & fruſtu ſupero leguminofu ; in undecima Eadem non papilionaceae ſed *Anomala muUiformes*, non aliter definiend^ . Simplicibus compoſitae ſuccedunt corollae, in calice communi plures aggregatae & mono\* petalae, germiſi proprio infidentes ſuprà thalamum feu receptaculum commune ; nunc in claſſe duodecimal omnes *Floſculoſo* (eu tubuloſae limbo quinqueſido ; nunc in decimâ tertiâ omnes *Ligw lata* feu tubuloſae & apice hinc ſiſſe, indi in ligulam produda?; nunc demum in decima quarta *RadUt*\*, id eſt, centrales floſcu\* loſae, marginales ligulatſe radium conſtitucntes. SubeuntgofthiC Apetalae, alias in decima quinta claſſe *Stamht*\* fiore (cali\* & ftamina) ſcfruſtu infrudae, aliae in decima ſextâ *Flort carnus* non femine, aliae in decima ſeptimâ *Fiore ſi fru&u, nrenus*. Arboreſ fruticibus jundtae ſint in decima octlavâ apetalae ſimpliciter *Stamines*, in decimâ noni apetalae *Amtnuce*\* floribus ſtamineif.

& praeterea inftar caudae felinae supra amentum feu axim communem fpicatis, in vigesima *MonopetaU*, in vigesima prima polypetalae *Rofacea* regulares, in vigesima fecunda polypetalae irregulares *Papilionacca*. Classium sectiones defiguuntur nunc ipsa corollas forma aut florum dispositione aut rariis plantarum habitu, nunc saepius fructu fupero aut infero, simplicibus aut multiplicibus, baccato aut capsulari, uni aut multioculari, mono aut polypermo.

Sic perficitur methodus principiis simplicibus & figuris manifestis innixa, ideoque facili plantarum ordinationi ac studio conducens, nonnunquam absque exceptione naturam colligans, admixtis in classium numero ordinibus vere naturalibus, quales extant Labiatae, Cruciformes, Umbelliferae, Papilionaceae, Compositae &c., pluribus etiam sectiones aliarum classium integras constituentibus. Sed ea caeteris simplicior, aliunde vitatur in pravam herbarum & arborum distinctionem nullis circumscriptis certis limitibus, affinia disjungente genera in Rosaceis, Papilionaceis, Compositis, species difgregante congeneres in Araliis, Bupleuro, Salice, Rubo, Daturi, Senecione, Genista, Coriandula aliisque benemultis generibus partim herbaceis, partim aboreis frutescentibusve, quae tamen diffimulante methodo herbis aut arboribus indivisa adduntur; 2°. ordinatione interdum vagè designata & non semper uniformi, dum classis una inter apetalas dicitur flore non femine carens, & Caryophyllex ac Liliaceae solo designantur habitu ac quadam similitudine, & quaedam Liliaceae (Hyacinthus, Narcissus, Gladiolus) certo non polypetalae cognatis admiscuntur polypetalis favente lege naturali, systematica refragante; 3°. improprie caradlerum in corolla infimorum nullo praecipuis posthabitis, duo constans corollas fitis vix sectionibus designandis adhibetur, & varias ejusdem formae classes definit in Campanulatis, Infundibuliformibus, Anomalis &c., affines subinde segregat Campanulam & Lobeliam, Rubiam & Pubeolam, Cerinthem & Pulmonariam &c., discordes connedit Araliam & Aparagum, Lobeliam & Aristolochiam, Butomum & Helleborum, Violam & Orchides, Paridem & Cruciferas &c.; 4°. pauciorum caradlerum enumeratione, iis tantum prolatis systematico more, quae speciei ad sumnum distinguendae ac nominands sufficiunt, cum aliis omittis; 5°. integumento floxali certe

fecundaño & tamen in primarium organum malè conftituto clafficoſque fuppetente carafteres , diuin organa fexualia verè primaria, nempè ftamina & ftyli omnind prætermiffa ne fe\*  
\*tionibus quidem definiendis impenduntur.

J<sup>o</sup> Ex fupra dtetis Tournefortius ignotâ feXuum atffione ftamina **Linnaei** fr<sup>temat</sup> feſpuerat, quorum præſentiam poſthac manifef tam fi noviffet prius, ea certè in ufum botanicum evocata perfeciori generum & claffium fabrics adhibuiffet Utiles in claffibus delineandis ftamineos caraderes animadverterat Burckardus, in eâ cogitatione ſubfidens. Ultrâ proceſſit Linnaeus Profeſſor UpfalienGs ab anno 1741 ad 17789 & confirmatâ organorum fexualium dignitate, fuum exſtruxit ſyſtema fexuale didlum, cujus caradteres fectionum faſpiùs ex piſtillo, claffium femper ex ftaminibus depromuntur. In his perpendit numerum & proportionerif & connexionem mutuan & conjugationem cum piſtillo, & occultationem & quandoque fitum: undè viginti quatuor exurgunt claffes, fingulradone numeri germinum aut ftylorum multipartitae.

Sic priores undecim claffes numeroaminum definito (ab uno ad duodenarium, undeaario nunquim exiſtente) & appellatione conformi, graco-latinâ defignantur, didlae *Moqandria*, *DUndria*, *TrUndria*, *Pentandria*, *Hexandria*, *Htptandrid*, *Ofbndrig*, £»-*neandria*, *Dtcandpa*, *Dodccandria*. Ad *Icofandriam* ſubſequentem referuntur ftamina plura, faepcè viginti, calici inferta; z&*Polyandriam* adjundam eadem vei. indefinita ac numeroſa, calici non inferta. Habiti deln ratione^proportionis ftaminum, nomine *Didynamia*&*Tetradynambkanvtnt&fart* in claffe decimi quart4 & quinti plants tetrandr\* & hexandrae quarum ftamina duo aut quatuor duobus caeteris longiora funt. Poſthic perpensa eorum connexion^ filamentis in unum aut duo aut plura corpora conatis triplex datur claffis, nempè *Monadelphia*, *Diadtphia*, & *Polyadclphia*; ex antheris in cyKndrum coalitis unica eruiturSy\*^*gtnefia* dida. Ponè ſubit *GynandrU* cujus ftamina cum piſtillo concreſcunt aut eidem infident. Practeritâ in vicenis claffibiV fiorum hermaphroditorum feu bifexualium ferie, prodeunt unU fexuales mafculi aut foeminei, quos nunc eadem planta mixtoi profert in *Monoecid* > nunc diſtinftae plants geruL t in *Di-kit*, nunc interdiim quadam promifcuos habent cuen. h,'rmaphroditis in *Palygamid*. Congruntur demùm in *Cryptogamid* plants |uaru\*  
cif

flores & ideò ftamina præ tenuitate nondùm aut minùs innotet punct, obfcuratâ fimul fexuum aftione. Claffum diverfae fecftiones plerumque definiuntur germinum aut ftylorum numero, communi horum&illorum denominatione didae *Monogynia, Dipynis\* Trigynia, Tctragynia, Pentagynia . . Polygynia*. Interdùm diftiru guuntur floribus vanè polygamis; feminibus nunc *gymnofptrmls* nudis, nunc *angiofpermis* pericarpio tectis; fru-ftu filiquofo aut filiculofo; ipfomet ftaminum numero dùm claffi defignandae non piaefuit.

Syftematis hujus ut & precedents alix funt laudandae partes, aliæ redarguendae. Præ caeteris uniforme & accuratum & uno principio addiditius, omnes ex unicâ parte clafficos eruit characteres ita delineatos ac circumfcriptos, ut facili negotio percipiuntur & plantis omnibus ordinatè diftribuendis ac line praeceptore agnofcendis conducant. Quaedam infuper hujus claffes ferè omninò naturales habentur, ut Tetradynamia, Monadelphia, Diadelphia, Syngenefia. Sed iMyflema tenuiffimis incerduminnitur organis, oculo armato ffacu divellente tunc difficiliùs obfervandis, ignofcendo tamen vitio moleftiam tantummodò & erroris metumindpeente. 2\*. Prxterea arbitrarium fyftematico more, dùm multiplicatis claffibus omnes earum defignationes ex unice parte molitur depromere, tunc folidorum car?&erum penuriâ, effentialibus promifcuè addit inconflantes quos etiam utpotè numeroftiores frequentiùs ufurpat, prioribus plerumque negledtis. Indè primatias ex ftaminum humero & proportione notas minùs ftabiles deducens, difcordes in iifdem fedionibus congerit plantas, in Diandria Piper & Jafminum, in Triandria Tamarindum & Iridem, in Terrandria Rubiam & Evonymum, in Pentandria Frimulam & Coffeam, Ulmum & Cicutam, in Hexandria Berberidem & Hyacinthum, in Odlandria Tropxolum & Ericam, in Decandria Malpighiam & Alfinem, in Polyandria Chelidonioq & Tiliam &c. Affines aliunde ftcernit didynamas à tetran-u^s, Chloram à Gentiana, Blitum à Chenopodio, Ericam ab At.dromeda, Centunculum ab Anagallide, Canarinam à Campanula, Myofurum à Ranunculo, Sibbaidiam à Potentilla, Sentpervivum à Sedo, Caflinem ab Illice, Labiatas diandras à didynamis, Gramineas triandras ab hexandris &c i°. Staminum numero\* fie difcrepant non tantum genera cognatiffima in fyfte\*

mate fejinda, fed & fpecics congeneres ab invicem dimoveri nefciae, in Convallarìa, Polygonò, Rivinià, Verbenà, Gentiana, Valeriana, Rubìa, Lepidio, Geranio, Ceraftio, Lino, ilkeà, &c. quarum arctiorem nexum non folvit fyftema, exceptionibus ideò deturpatum & minùs uniforme. 4.<sup>o</sup> Simile, licèt nultò rarius, diverfos ejufdem plants flores obfidet numcri d'ferimen in Monotropà, Chryfofplenio, Adoxa, Trientali, Di'andrà, Rutà aliifque indè difficiliis ordinandis & ftaminei hujus caractèris inftabilitatem confirmantibus. <| Quxdam ftenefcunt aut & fupprimuntur (lamina in Bignonia, Gratiola, Chelone &c., abortu inveterato plantarum ordinationem imtnutante. 6.<sup>s</sup> Gynandria parùm à prdemiffis (praecipuè à Monandrià difcrepat clafTibus, in eas op timè refundenda, & infuper plantas pauciores verè gynandras complexa, 7.\*. Nee fervandae clafTes fexuum difcellione infignes, cum multae monoic\* aut dioicK & omnes polygamy plantae tales habeantur fob partium abortu, veris hermaphroditis reftiùs confociandae. a

Si methodus facilis & magis Naturarfequax indè judicetur perfectior, Tournefortiana caeteris praefat, utpotè naturales affinitates minùs fubvertens, manifellioribus ufa fignis & in decurfu expeditior. Linnaeani fyftematis ordinatio noniunquamoperofa, defignadones interdum difficiles & frequentior plantarum diffidentium connexio. Sed illud magis circumfcriptum, certiùs definitum, fignis innixum fedulo exaratis & ex unà parte primarii depromptis, numerofiori funerbiens Vegetantium agmine fubiis ordinatim militante & rariùs devio, meliori ditatum defcriptione ac nomenclatione turn genericà turn fpecificà, pluribus abundans cotnmodis, ideò prxvaluit univerfo ferè Botanicorum confenfu. Haec autem fyftemata arbitrariò conftruda, fcientiam exhibent fictitiam non naturalem & plantis non penitùs cognofcendis fed tantumcompendiofi definiendis ac certò nominandis addictam. Habenda funt igitur quafi praeludia botanica, aut reptoria apti digefta, indicefque non alphabetici, alii aliis commodiores, 1- quibus, fecundum figna in faciliorem propriae inveftigatio-iis laborem mutuique Botanicorum commercii nexum admiffa, pacto Of dine difponuntur plantae, donec feliciùs iterati meditatione ill feriem verè naturalem diftribuantur.

Cicum-  
J<sup>u</sup>J<sup>u</sup>\*<sup>u</sup>  
utiliun

(0) Circa defectus & errorè fyftematis fexuahs Linnaeani Of. Addit fioftr. 4. (U.)

Vemm  
fcienciæ  
propositum.

Ex præmiſſis innotefcunt plantarum partes & fiinctiones ft partium differentia: & characteres indè confectarii. Noſcuntur et jam ſpecierum generumque defignationes & appellationes & fimul aptiores utrarumque perficiendarum modi. Neminem inſuper præterit hinc plantarum ordinationis neceſſitas, illinç afbicularia ac<sup>v</sup> imperfecta ſyſtematum hucufque ordinantium compoſitio, artificialis non genuina, veris affinitatibus proferendis nullatenùs accommodata & utilem tantummodò verioris ſcientix profpectum exhibens. Ea novo Tub aspectu nunc confideranda, non factitiis fed immutabilibꝛ ſubjicitur legibus quas Natura in plartis apertè inculpfit, cuilibet affiduo obſervatori manifeſtas. Botanicum diù deluſit errans aiit vaga nimis definitio <sup>a</sup> ſcientiæ quæ dùm plantis tantummodò defignandis ac nominandis incubuit, characteres fobs excerptit ad hanc defignationem neceſſarioa cacteris omiſſis, & tunc in generum ſpecierumque determinatione atque nomine faepiùs anceps ac ùbi non fimilis, apud vulgum vifa fuit fidentia meras nomenclationis, non mentifed memoriæ exercendæ prsprimis idonea. Cùm autem fincerus naturg contemplator, ipſam in plantis explorans, teneatur integram earum organifationem ſcrutari ac evolvere, omnes ideò proſequitur caracteRs, & ntglectâ methodo pauciores memoran<sup>e</sup>, eam tantim inquirat quæ nullos omittens & mutuas omnium deprehendens affinitates, abſolutain plantarum cognitionemfuppeditat#

hodi  
ralis.

Hacc dudùm quæGca ordinatio <sup>h</sup>, inter omnes longè præcipua<sub>f</sub>

*a* Botanicæ pars prior in re&i plantarum cognitione fita eſt... Phntai ipprimè noſſe aliud nſhil videtur, quam in promptu habere nomina quæ iisaptè impoſita ſunt. *To urn, Ifng. p. i. . .* Botanica eſt ſcientix naturalis p?rs, cujus ope feliciffimè & minimo negotio Plants cognofcuntur & in memoriâ retinentur. *Boerh. Hiſt. 16...* Botanica eſt ſcientia naturalis quæ Vegetantium cognitionem tradit. *Linn\* IbiU Bot. n. 4.*

\* Gaſſes quò magis naturales, eò exteris paribus prxftantiores ſunt... Summorum Botanicorum hodiernus labor in his fudat & defudare decet. Tt<sup>h</sup>odus naturalis hinc ultimus finis Botanicæ eſt & erit. *Linn. Phil Bot<sup>n</sup>, 206.* Primum & ultimum in Botanicæ quæſitum eſt methodus naturalis. Hæc adeb *i* Botanicis minùs do&is vili habita; à ſapientioribus rerò tanti femper ſſtimata, licet deteft\* nondum... Diù & ego circa' eam invenienifam laboravi, benè multa quæ adderem obtinui, per\* ficere non potui<sub>f</sub> contirhiaturus dum vixero. *Linn. Clajf. fag. 485.*

folia verò uniformis ac simplex, affinitatum legibus constanter obtemperans, est *methodus dicta naturalis* quæ omnigenas connectit plantas vinculo indiviso & gradatim à simplici ad compositam, à minimā ad maximam continuatā serie procedit, quasi similes tacenae cujus annuli totidem species specierumve fasciculos representant, aut compar mappae geographicae<sup>a</sup> in qua species pagorum infra distribuuntur per territoria & provincias & regna. Ex uni pane quemlibet anulum cum duobus tantum vicinioribus cohaerentem admittens plantarum circumscribit affinitates, ex altera eadem amplificat & singulas species aut genericas classifve ordinationes pluribus ambientibus aequaliter contaminas exhibet. Utcunque res habeat, genuinae plantarum connexionis<sup>^</sup> & praestantissimae hujus methodi existentiam ac dignitatem tamen a ceteris aut palam agnoscunt Botanici principes tum antecessores tum & hodierni, quorum aut labores ad hujus disquisitionem spectant, aut systematica classis ipsam imitantur, laepe tamen improposito exitu suscepti operis difficultatem arguente.

Diversos inter Autores qui feliciter in investiganda methodo naturali defudarunt, praecipui dantur Linnaeus, Bern. Juslaeus & Adansonius. Fragmenta naturalia primus edidit Linnaeus anno 1758 (in *Class. Plant.*), plurisque deinde emendavit, nullamque petiolorum fabricam ac dispositionis rationem adjiciens. Ordines naturales jam pridem consultè elaboratos anno 1759 Juslaeus disposuit in horto regio Trianonenfi, quos sibi minus fidens nunquam antea promulgaverat<sup>\*^</sup> nisi in familiaribus colloquiis, nec posthac ausus est prelo subicere, utpotè nondum ipso iudicatis confirmatos. Anno 1763 plantarum Familias principiis in praefatione expositis superstructas protulit Adansonius. Singulis Autoribus sua sunt tribuendae laudes quas tamen hic enarrare ac iudicio confirmare nondum expedit, cum antea tradenda sint leges methodi naturalis, quibus rite perpendis & in perpetuum consignatis, dein virorum labores qui iudicabuntur eorumque merita certius eminebunt.

« Naturæ non facit saltus. Plantae omnes utrinque affinitatem monstrant, ubi Territorium in Mappa geographica. *Linn. Phil. n. ?f.*

\* Ut autem integer tanti viri labor innotescat & cum catervis confertur, memorati ordines hic in proemii fine transferibuntur, quales exhibuit tum in horto Trianonenfi, tum in indice propria manu exarato. •

Method!      Methodus naturalis, verum & optimum scientiæ propofitum  
na:uraîs o-      Botanicos latuit & adhuc partim latet defectu cognitionis plan-  
bîc «-      tarum omnium ordinandarum & principiorum ordinantium. i\  
Entium reverà nequit continuata ftabiliri feries, nifi priùs inno-  
tuerint omnia. Quotidianis profunt inventis peregrinationet  
botanies ; exotica tamen fortè fuperfunt plura detegenda quàm  
dantur detecta, nec unquam fperanda omnium exiftentium abfoluta  
cognitio. Sed cunctae licèt nondùm fint exploratae telluris regiones,  
caeterae nihilominùs à Geographis in mappâ fedulò notantur fuo  
quaeque loco difpofitae. Quamvis etiam numeroij in catenâ defint  
aiinuli proculdifperfi, plures habentur facilè connectendi in diver-  
fas catenae partes quae poft hâc diverfo. tempore novis annulis  
intermediis junctae, paucioibus fensim fpatiis intervacantibus  
diftinguentur. Methodus ideò catenam aut mappam aemulans pariter  
eft elaboranda, non obtante generum exoticorum penuria. V, Nec  
valet impedimentum ex difficili principiorum naturalium invet-  
tigatioiie deductum: ea enim extant plantis arctiffimè inhxrentia  
& cuique obfervanti facilè obvia, quae duplici polfunt explanari  
ratione nunc viciffim profequendi, ut alfra alteriùs fit quafi confir-  
matio.

q̄pna ac cofimunior datur progreflio afcendens à cognitis  
fidem      fimplicibus ad compofita incognita, & ex upiformi ac concisi  
quendx      obfervationum & enuntiationum ferte vera abfque gravi negotio  
ma ratio.      eruuntur methodi naturalis pncipia.

Sic nofcitur primum fpecies propriis definita fignis, entium  
rta fpeciei fi mill i mo rum adhxio , nunquam dividenda fed fimplex una-  
ognitio.      m; confenfu , fimplex jubente primaria Naturae lege perfec-  
tiffima qua *in unam fpeciem collignda funt vegetantia feu individua*  
*"omnibus fuis partibus JimiUma & continuata generationum ferie femptr*  
*conformia,* ita ut quodlibet individuum fit vera totius fpeciei pre-  
teritae & praefentis & future effigies.

Quae autem in unam compellit fpeciem individua omnino pa-  
ecierum.      i eadem fpecierum fimilium adjunftionem aequo jure lex de-  
ium t;minat, Nam pariter, neminediffitente, *confocianda funt fpecies*  
rta.      *majori canflerum numtro conformes,* ac ideo dimovends qua  
pluribus djfferunt fignis. Haec prior connexionum ratio primam  
exhibet affinitatum trutinam qua examinantur fpecies quolibet



in eundem fasciculum congregandae. Genus indè constituitur, specierum familiarum congeries, cujus tamen nulla traditur definitio certa nee accurata constructionis præceptio, præcipue in methodo naturali. Ea siquidem, à systematicâ plurimum abuldens, non frigidis generibus litnices affignat, sed omnes nexu infensili connectit species servatâ affinitate, quas delin scientiæ concinnandae causâ, caeteris ferè arbitrariis in distinctâ compingit genera, pluribus aut paucioribus ad libitum ditata speciebus, & dicenda verè naturalia dum affines non segregant nee universam disturbant feriem.

Plurima infu<sup>r</sup> Naturæ minùs occultatæ vestigia passim iur? præffa manent, observatorem non eludentia, caeteris persequendis ac totius progressioni manifestandae præprimis utilia. Nimirum extant genera quaedam apprimè naturalia nemine refragante, ut Aconitum, Delphinium, Ranunculus, Scabiosa, Geranium, Gentiana, Valeriana, Rosa &c., quibus figillatim perpenfis verus generic<sup>^</sup> constructionis modus apparebit, unde cast era possint ad hcrum exemplum certò constitui. Sic Rosa est genus fruticosum, alternifolium & stipulaceum, calice urceolato quinquefidò, pentapetalum & polyandrum petalis & staminibus calicis faucibus infertis, polygynum germinibus in eodem calice latentibus & singulis stylo latepli ac stigmate simplici infertis, feminibus totidem calice baccato tectis, corculofeminum recto, perispermio nullo. Singulae generis species præcedente designatione conformes, inter se discrepant calice ovato aut globofo, |xv| aut echinato, ejusdem divifuris modò partim appendiculatis & partim nudis, modò rariùs omninò nudis, petalorum formâ & colore & magnitudine, feminum figurâ & numero, caule elato aut humili, inermi aut aculeato; foliis pinnatis aut rarissime simplicibus, foliolorum numero & formâ, floribus folitariis aut subcorymbosis &c. Valeriana, alterum genus herbaceum, oppositifolium, floribus infertis corymbosis, calice superno, corollâ epigynâ monopetalâ tubulosâ ad limbum quinquefidâ, staminibus epipetalis definitis, germine infero simplici monostylo, fructu subnosphermo, corculo ascende recto, perispermio nullo. Differentias hujus specificas constituunt caulis humilis aut a<sup>t</sup>urgens, folia variè figurata, simplicia aut pinnata, corymbus florum densus aut laxus, calix integer aut dentatus, corollâ basi cal-

carata aut gibba, limbo regularis aut irregularis, flamina & ftigmata n^jnero vaiia, fructus nunc pappofus monofpermus, nunc loculofus bi aut trifpermus apice dentatus. Seu genus illud ingeminum difpccatur ratione fructûs, feu indivifutn perftet, hujus' diverfae nequeunt ab invicem dimoveri fpecies in ferie naturali.

Ex eâ Rofce & Valerians characterum enumeratione concludendum certè i° eofdem non effe Temper genericos, fed quofdam dari in generibus confiantiores ut Gtus partium &c., quofdam nunc ftabiles nunc varios ut forma & numerus &c.; 2° glures exfructificatione & nonnullos extrâ eamdem defumptos dari conformes in fpeciebus congeneribus; 3° «in iis inconfiantes effe turn plurimos à fructificatione alienos turn & quofdam huic proprios. Omnes igitur hujus characteres non jure praeficiendi funt cseteris extrâ prodeuntibus: foliorum enim fitus nunc vincit in Rosâ formam calicis, nunc in Valerianâ ipfimet ftaminum numero praefat. 4<sup>o</sup>. Praetereâ cum characteres habeantur alii plerumque mutabiles, alii alternatim ftabiles aut varii, alii fiabiliores, diverfè ide6 ordinandi funt ratione confiantiae & in recenfione non numerandi fed ponderandi, ita ut fuus cuique conftituatur gradus & *unus confians pluribus inconfiantius compar aut & fuperior tvaiau* \*

**Affinitatum** P'acitum illud  $\kappa$  obfervatione confirmatum & inter leges verè  
**leges nacu-** naturales reponendum, priori additur legi quâ *confocianda funt*  
**nics<** *plant\*majoricarafierumnumeroejfines*, & ex his duabus congruenter  
 expofitis ac amplificatis Integra pendet genuine plantarum dif-  
 tributionis norma. Qui pluribus xquipollet unus character, is  
 in genere femper eft uniformis; qui paucioribus, valet inter\*  
 dùm; qui pauciflimis, fpeciei definiendae tan tùm impenditur:  
 indè foliorum fitus, inter characteres femiftabiles ordinandus f  
 genericre nonnunquàm defignationi prodeft, fequo jure cum  
 femiftabilibus fructificationis (ignis. Non fufficit tamen carac-  
 terum partitio triplex; unaqueeque plurimos admittit gradus  
 eEgrè defiaiendos, optimufque Botanioi Naturam feftantis labor  
 i is erit, ut characterum omnium momenta perpendat, fuum ftingulis  
 locum daturus inmutabilem; fed fold generum verè naturalium

a De legibus in Gencribus Plantarum conftitutione fervandis. Cfr. Addi-  
 tun. faoftr. 7. (U.)\*

mutuique eorum confortii affidui meditatione hsec ardua pariterit stabiliri gradualis characterum dispositio.

Postquam confines in suum naturale genus (implex aut partitum fuerunt adactje species, confirmili modo ac eisdem lege nectenda sunt genera cognata & in ordines congreganda. Hujus autem confociationis exempla in apertum conjiciuntur favente naturi, nempe ordines certo naturales & spectatifici iimi, in Syftematicorum methodis saepe indivisi, quales sunt Gramineae, Liliaceae, Labiat2e, Compositis, Umbellifera?, Crucifer\$, Leguminosie. Ut prxcipui specierum characteres constituendis generibus impen3untur, sic non omnia generum signa fed confl-tandora tantum designandis ordinibus priora merito aptantur. Quo generalior enim exacta plantarum ordinatio quolibet, eo paucioribus utitur signis definitibus; fancitx tamen obtemperans legi, ea cogitur prsiicere qux prscipua ac valentiora pluribus equipollent infimis vilioribus. Quod ratiocinio fulcitur axioma, illud observatione multiplici 6c imprimis ordinum supradictorum commentatione confirmatur.

Diversos inter horum, characteres in operis decursu posthac enuntiatos ac ibidem recensendos manifesta datur distparilitas & multiplex aestimatio.

i°. Alii siquidem dantur in singulis hisce ordinibus primarii semper unumTormes/feu essentialis ex organis essentialibus deprompti, ut infertio staminum feu horum & pistilli mutua dispositio, situs corollae staminiferae, laborum numerus in corculo. Unilobum illud semper extat in Gramineis & Liliaceis, bilobum in ceteris. Stamina sunt constanter hypogyna in Gramineis & Cruciferis, epigyna in Umbelliferis, perigyna in Liliaceis & Leguminosis, epipetalain Labiatis & Compositis quarum priores corolla hypogyna, posteriores epigyna. i inftruuntur.

20. Alii secundarii sunt subuniformes, feu generatae & exceptionetantumrariorii, ex organis non essentialibus ideoque interdum deficientibus elicid, ut existentia aut defectus periferi & calicis & corollae non staminiferi\*, ejusdem structura corollae utpotè monopetala aut polypetala, situs calicis & pistilli situs, indoles periferi existentis. Sic corolla saepius in eodem genere similiter habita, in Gramineis & Liliaceis nulla, monopetala in Labiatis & Compositis, polypetala in Umbelliferis

Ordines  
naturae#

& Cruciferis & Legumiriosis, fari datur monopetala in Legu-  
 xnosos , rariùs in iisdem & in Cruciferis deficit. Sic calix in  
 plerisque plantis existens , manifestè tam en deest in Caltha  
 aliisque paucissimis ; idem germini superus in Umbelliferis &  
 Compositis, inferus in Gramineis & Labiatis & Cruciferis &  
 Leguminosis, variac in Liliaceis modò superus modò inferus.  
 Seminis perispermum in Gramineis habetur farinaceum , in  
 Liliaceis corneum, in Umbelliferis ligneum, in Labiatis & Compo-  
 sitis & Cruciferis nullum, in Leguminosis nunc nullum, nunc  
 rariùs quasi existens & carnosum membrane intimà feminis in-  
 traflata ipsum xmulante; unde' signum anceps & in no vis  
 ordinibus pervestigandum fluctuat inter primaria & fecundaria.  
 Idem fortè dicendum de fitu corculi intrà femina & feminis  
 intrà fructum, signis plerumque stabilibus, sed interdum du-  
 bus & accuratè recognoscendis.

o. Alii tertiarium femiuniformes, modò in ordinibus constantes,  
 modò varii , turn ex organis essentialibus turn ex aliis dedu-  
 cuntur, nempe è calice mono aut polyphyllo , germine simplici  
 aut multiplici staminum numero & proportione & connexione,  
 fructus dichiscentia & loculorum numero , foliorum & riorum  
 fitu , caule a. boreo aut herbaceo , aliisque aut similibus aut  
 levio/ibus notis , quas seorsum generibus distinguendis apte y  
 simul definiendis ordinibus impenduntur, ^ceilaria inter illa  
 tnanet instituta gradatio , cum aliis aliis sint aut multo aut  
 paulò constantiores. Sed ulterior promoveri nequit earum sfti-  
 matio quae forsàn pauciorum nunc ordinum notissimorum in-  
 quifitione illustratur.

Illud tantum in promptu jamjam concludere juvat, nempe  
 distinctas dari characterum cohortes quibus singulis suis est  
 generalis praestantiae gradus, quae tamen non certò circum-  
 scriptae extremis inter se coherent ac quasi complicantur, &  
 posthac aucto ordinum verè naturalium numero, ampliato ob-  
 (ervationum campo , multiplicatis probationum rationibus &  
 accuratiori subinde instituta xftimatione, in plures aptiis de-  
 finitas iterum dividuntur.

Admissi interim trifaria characterum genericorum partitione,  
 dispar ex iis deducitur generum affinitas , scilicet nulla ex  
 solis femina notae, mediocris ex iisdem con-  
 stantioribus a

